muritatis nomine oblato supplici libello intellexissemus electionem ab annis aliquot in illa Civitate neglectam esse, Ideo Fid. vris Seris Mandamus, vt et priori nostro mandato in rationibus reddendis omnino Satisfaciant, Et electionem tam Consulum quam aliorum officialium, quod ad conseruandum bonum in Civitate ordinem praecipue spectat, quamprimum cellebrent, neque vllam amplius eleso [?] congereri Communitati praebeant occasionem Pro gratia nostra, officiique et subiectionis suis debito secus ne fecerint.

Mandatum ad Aduocatum et Scabinos Crac.

Sigismundus etc.

Famatis Aduocato et Scabinis Civitatis nostrae Crac. Fid. nobis dil. gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti. Intercedit causa et actio certa Religioso Adamo Sulik olim Famati Andreae Sulik Ciuis Crac. filio ordinis Praedicatorum professo cum Honesta Isabella Famati Augustini Halics Ciuis Crac. eiusdem Adami Sulik tutoris consorte, ratione impugnatae possessionis in bona eiusdem Augustini Halics, superque idem pupillus processum certum ex decreto nostro perductum habet. Cum itaque hic causa pupillaris, et personam professionis mendicantium, tum et executionem rei iudicatae ex decreto nostro obtentae concernat. Mandamus Fid. vib. vt postea quam idem Adamus Sulik vel eius Plenipotens praefatam Isabellam vone [?] praemissorum in ius vocauerit, eidem iustitiam indilatam iure hospitium [?] administrent. Pro gra nostra officiique suorum debito

Aliud ad eosdem.

Sigismundus etc.

Honoratis Aduocato Prouinciali et Scabinis iuris Supremi Marisburgen. Castri Crac. Fid. nobis dilectis gram nostram Regiam. Honorati Fideles nobis dilecti Intercedit causa et actio iuridica Religioso Adamo Sulik Famati olim Andreae Sulik Ciuis Crac. filio ordinis Praedicatorum professo coram Iudicio Ciuili Crac. cum Honesta Isabella Famati Augustini Halics Ciuis Crac. eiusdem Adami Sulik tutoris consorte occasione impugnatae possessionis in bona eiusdem Augustini Halics